

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

EX NICOLAI
DAMASCENI
VNIVERSALI .HISTORIA

SEV


De moribus gentium libris excepta

IOHANNIS STOBÆI

collectanea,

QVÆ

NICOLAUS CRAGIVS latina fecit, &
seorsum edidit.



A P V D

Petrum Santandreanum,

CLIO XCIII.



EX NICOLAI
DAMASCENI
VNIVERSALI .HISTORIA

SEV


De moribus gentium libris excepta

IOHANNIS STOBÆI

collectanea,

QVÆ

NICOLAUS CRAGIVS latina fecit, &
seorsum edidit.



A P V D

Petrum Santandreanum,

CLIO IO XCIII.



EX NICOLAI
DAMASCENI
VNIVERSALI .HISTORIA

SEV


De moribus gentium libris excepta

IOHANNIS STOBÆI

collectanea,

QVÆ

NICOLAUS CRAGIVS latina fecit, &
seorsum edidit.



A P V D

Petrum Santandreamum,

C L O L O X C I I I .



EX NICOLAI
DAMASCENI
VNIVERSALI .HISTORIA

SEV


De moribus gentium libris excepta

IOHANNIS STOBÆI

collectanea,

QVÆ

NICOLAVS CRAGIVS latina fecit, &
seorsum edidit.



A P V D

Petrum Santandreamum,

C L O L O X C I I I .

THE
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE
TREASURY
WASHINGTON, D. C.

UNITED STATES
DEPARTMENT OF THE TREASURY
WASHINGTON, D. C.



VIRTUTE, ERUDITIONE

ET GENERE NOBILISSIMO

OLIGERO ROÆCRANTIO

ILL. D. GEORGII ROSÆCR. F.


NIC. CRAGIVS S. D.

PRadicitur à multis Nobil. Oligere, & quidem doctissimis viris, singularis tui ingenij felicitas, necnon egregium circa Philosophiam studium. Et tu ipse re fidem facis, nihil ad gratiam ab illis fingi, sed quantum laude eorum fertur, tantum merito tibi tribui. Praclarum vero institutum, nec scio an generoso & excelso tuo animo aliud dignius. Ac gratulor patriae familiaeque talem Rosæcrantium; gratulor parentibus tam insignem filium. Sed patere tamen, mi Oligere, amore tui, patriaeque studio, hoc à me dici, non tantum convenire tibi tam illustri loco orto, eam quae in contemplatione naturae occupata est Philosophiam; sed multo magis alteram, quae de Virtutis actionibus differit, & vitae civilis praecepta tradit. Nam haec propius ipsum hominem id est, mentem nostram attingit, & in ea humanae sapientiae meditatio & exercitatio praecipue consistit. Quod haud dubie ita saniores quique Philosophorum iudicaverunt, qui illa non contemni, istius studium vel maxime sibi excolendum existimarunt. Id quod ne longè petitis exemplis tibi confirmare necesse sit, à Principibus Philosophorum discas. Vide mihi septem sapientes Graeciae, qui Philosophiam ipsam condide-

runt, eorum solum *Thaletem* habes naturæ arcana scrutantem,
 reliqui in *Politica* versati. Et ex illis ipsis *Philosophis*, quos maxi-
 mi facere potes, *Socrates*, *Plato*, *Aristoteles*, *Theophrastus*, per-
 magnam in hanc operam & studium posuerunt. Atque ut pau-
 cis absoluam, fuit hoc familiare cunctis ferè *Philosophis*, ac in pri-
 mis *Academicis* tum *Peripateticis*. Quorum è numero est *Nic.*
Damascenus haud postremus, qui ad exemplum *Aristotelis* ac
Theophrasti, huius generis scripsit libros octoginta *Καθολικῆς*
ἠθικῆς, ut vocat, seu de moribus gentium vniuersarum, plenos haud
 dubiè bonæ frugis & multiplicis doctrinæ. Utinam extarent tan-
 tummodo, tum huius, tum istorum auctorum quos dixi, scripta,
 non esset ista eruditæ doctrinæ pars à cultoribus adeo deserta: sed
 inueniret complures tui similes verè nobiles, id est ad virtutis glo-
 riam recta via grassantes, quorum animis efficacissimum sui amo-
 rem excitaret. Sed quia manca præceptorum aliquatenus *Phi-*
losoφία, & historia huiusmodi politica destituimur, haud nullo
 in operæ pretio studium ab his occupari putandum, quibus ad cu-
 ram est hæc qualiacunque veterum *Rerumpub.* manumenta con-
 seruare. Quapropter quæ istius *Nic. Damasceni* in collectaneis a-
 pud *Stobæum* reperi, placuit descripta & seorsum excusa hoc
 tempore euulgare, ac quod ad *Gnomas* seu sententias proprie non
 pertineant, suo quasi auctori ex aliena possessione asserta restituere.
 Nam quæ apud *Athenæum* sunt, vel quæ alia eò pertinentia
 obseruare licuerit, aliàs additurus. Ac tamen si non sint hæc eius
 generis, ut politicum efficiant, sicut nec item philosophorum præce-
 pta: eo tamen loco habenda, ut cum vsu rerum coniuncta pruden-
 tiæ & consilij fundamenta maiorem in modum confirment. Sed
 præcepta & instituta politica Nobiliss. *Oligere*, ex hisce & aliis
 philosophorum libris petes: vsus certè non aliunde melius disces,
 quam

5
quam ab illustri parente tuo, in quo Deus tibi vivum sapientia &
aliarum magnarum virtutum exemplum statuit. Ad cuius imi-
tationem si totum te compares, ei que te quam simillimum praestes,
nihil ferè maius est, quod à te patria desiderari. Quod tibi ut con-
tingat, omnes patria amantes precamur, idque ut de te indubitatè
speremus, q̄ virtus & eruditio iubet tua. Per quam virtutem tuam,
Nobiliss. Oligere, te maiorem in modum rogo velis hunc libellum
tuo nomini discatum, gratum habere, & pra illo animum, vnde
prodyt, longè magis acceptare. Quod si feceris, hoc quod iam stu-
dij mei erga te pignus, huius libelli oblatione habes, dabo operam
vti postmodum aliquo cum fœnore luam & redimam.

Vale feliciter nobilissime
Oligere.





ΕΚ ΤΩΝ ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

ΘΥΝΟΙ.

Θυνοί τοις ναυαρχοῖς φιλανθρώπων διχόμενοι, φίλοι ποιούνται. Τῶν δὲ ξένων, τοῖς μὲν ἰκουσίως ἐλθόντας, σφόδρα τιμῶσι· πρὸς δὲ ἀκουσίως, κολάζουσι.

ΑΡΙΤΟΝΟΙ.

Αρίτωνοι τῆς ἐμφύχων ἐδὲν ἀποκτείνουσι. τὰ δὲ κρεάματα τῆς χρυσηείων ἐν χρυσοῖς ἐλύτεις φυλάττουσι.

ΔΑΡΔΑΝΟΙ.

Δαρδανεῖς, Ἰλλυρικὸν ἔθνος, τρεῖς ἐν τῷ βίῳ λούονται μόνον, ὅταν γηρῶνται, καὶ ἐπὶ γάμοις, καὶ τελευτῶντας.

ΓΑΛΑΚΤΟΦΑΓΟΙ.

Γαλακτοφάγοι, Σκυθικὸν ἔθνος, αἰοικοὶ εἰσιν, ὡς αὖτε καὶ οἱ πλείους Σκυθῶν.

Τροφῶν δὲ ἔχουσι γάλα μόνον ἵππων, ὅς ἐστι τροφῆ ποιούντες, ἐαδίους καὶ πίπουσιν. Καὶ εἰσὶ δὲ τὸ δυσμαχότατοι, σὺν αὐτοῖς πάντη τὴν τροφῶν ἔχοντες. οὗτοι καὶ Δάριον ἐτρέφαντο.

Εἰσὶ δὲ καὶ δικαιοτάτοι, κοινὰ ἔχοντες τὰ τιμήματα καὶ τὰς γυναικάς. ὡς τοῖς μὲν πρεσβυτέροις αὐτῆς πατέρας ὀνομάζουσι, τοῖς δὲ νέοις παῖδας, τοῖς δὲ ἡλικίαις ἀδελφοί.

Ὡν ἡ καὶ Ἀναχάρσις, εἰς τῆς ἐπὶ τὰ σφοῶν νομοθεσίας ὅς ἤλθον εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ἰσορροπή τὰ τῆς ἄλλων νόμιμα.

Τούτων καὶ Ὀμηρος μέμνηται, ἐν οἷς φησὶ·

Μυσοῖν τ' ἀγχιμάχων καὶ Ἀγαυῶν ἵππομολγῶν,

Γαλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Ἀβίους δ' αὐτοὺς λέγει, ἢ ὅτι τὴν γλῶσσιν μὴ γεωργεῖν, ἢ ὅτι τὸ αἰοικοὶ εἶναι, ἢ ὅτι τὸ χρῆσθαι

EX NICOLAO DAMASCENO
DE MORIBVS GENTIVM.

THYNI.



HYNI naufragos humaniter excipiunt, & amicitia sibi deuinciunt. Sed & ex peregrinis eos, qui spontè accedunt, eximiè honorant: Qui verò inuiti ad ipsos delati fuerint, puniuntur.

ARITONI.

Aritoni nullum animal maçant. Oracula sua testis inscripta habent, quæ in aureis inuolucris custodiunt.

DARDANI.

Dardani, gens Illyrica, ter saltem in vita lauantur, quum in lucem recens editi sunt, quum nuptias contrahunt, quum fato sunt functi.

GALACTOPHAGI.

Galactophagi, gens Scythica, non in ædibus degunt, vt & plerique alij Scytharum.

Victus eis saltem equarum lacte constat, vnde caseos conficiunt, vt ita eorum poturum cibo vtantur. Itaque non facile bello superantur, quod commeatus vbique ipsis præsto sit. Hi & Darium domum remeare coegerunt.

Sunt autem inuicem iustissimi, vt pote qui facultates & vxores communes habeant. Vnde inter se Seniores quosuis patres suos appellant, iuniores filios, & æquales fratres.

Ex his oriundus Anacharsis, in septem sapientum numero habitus, qui in Græciam venit, vt leges & instituta aliorum disceret.

Quin meminit eorum & Homerus vbi inquit,

Myssorum cominus pugnantium, & Agauorum equas mulgentium.

Et Galactophorum, Abiorumque iustissimorum hominum. Abios autem vocat eos, siue quod terram non colerent, siue quod sine domibus degerent, siue etiam quod hi soli arcus in

χρῆσται τούτοις μένους τόξοι. βίον γὰρ λέγει τὸ τόξον.

Παρά τούτοις ἔδ' εἷς, ἔτι φθονῶν ὡς φασιν, ἔτι μισῶν, οὐτι φοβούμενος ἰσθηθήσῃ, ἔξ' τίνω τῷ βίου κοινότητι, καὶ δικαιοσυλῆν.

Μαχηροὶ δ' οὐχ ἦπτον αὐτῶν αἱ γυναικες, ἢ οἱ ἄνδρες, καὶ συμπολεμοῦσιν αὐτοῖς ὄταν δῆ. Καὶ ἔξ' τῷ το Αμείζονας γηναλοτάτας εἶπαι, ὡς ποτὶ ἐλάσασα μάχη Αθηῶν καὶ Κιλικίας, ὅπ' τότε παρώκουε εἰς τῆς Μαυώπιδος λίμνης.

Ι Β Η Ρ Ο Ι.

Ἰβήροισι αἱ γυναικες κατ' ἔτος ὁ, π' αὐτῶν ἔξυφαίωσιν ἐν κοινῇ δικαιοσύνη. Ἄνδρες δὲ χροστόνητοι κείνατις, τὰ πλείεστα ἐργασασμῶν πωραπμῶσιν.

Ἐχουσι δὲ καὶ μέτερον π' ζώης, ἢ τίνω γαστέρα φειλαβεῖν αὐτῶν μὴ δυνάσασιν, αἰχρῶν ἠζουῶται.

Ο Μ Β Ρ Ι Κ Ο Ι.

Ομβρικοί ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους μάχαις αἰχρῶσιν ἠζουῶται ἠτιμημένοι ζῆν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἢ νικᾶν, ἢ ἀποθνήσκου.

Ομβρικοί ὄταν πρὸς ἀλλήλους ἔχουσιν ἀμφοισθήτησιν, καὶ δουπλιθῆταις, ὡς ἐν πολέμῳ, μάχονται, καὶ δουκούσι δικαιοτέρα λέγειν, οἱ τοὺς ἐπιπῶνους ἀποσφάζουσι.

Κ Ε Λ Τ Ο Ι.

Κελτοὶ οἱ πρὸ ἀικαίῳ γητιῶντες, αἰχρῶσιν ἠζουῶται τοῖσιν καταπίπτοτα ἢ οἰκίαν φεύγειν.

Πλημμυεῖδος δὲ ἐκ τῆς ἔξω θαλάττης ἐπαρρημῆς, μεθ' ὅτλων ἀπαντῶντες ὑπομῶσιν ἕως κατακλύζουσι, ἵνα μὴ δουκῶσι φεύγοντες τὸ θάνατον φοβεῖσθαι.

Κελτοὶ σιδηροφοροῦντες τὰ κτ' πόλιν πρῶτῶσιν.

Μείζω δ' ἔστιν ἐπιτήμια κτ' τῷ ξένου ἀετόντος, ἢ πολίτην. ἵαφ' τῷ μὲν γὰρ θάνατος ἢ ζημία, ἵαφ' τῷ δὲ πολίτου φυγή.

Τιμῶσι μάλιστα τοὺς χείραν. τὰ κοινὰ πρῶτα μέρησιν.

Τὰς δὲ θυρας τῶν οἰκιῶν ἔδ' ἔποτε κλείουσι.

Π Α Ι Δ Α Λ Ι Ο Ι.

Ἐν Παιδαλίοις, Ἰσθμῶν ἔσθαι, οὐχ ὁ θυῶν, ἀλλ' ὁ σινοπέτατος τῶν παρῶν.

bellis vsurparent. Arcus enim poetræ hæud rarò ^{hæc} dicitur.

Apud hos (vt ferunt) neminem deprehendere est inuidia laborantem, aut odio flagrantem, siue metu percussum, propter vitæ istam communionem & iusticiam.

Bellicosæ autem ipsorum non minus mulieres sunt, quam viri, quæ & vnà in prælium eunt, quum ita factò opus. Itaque & Amazonas fœminas generosissimas esse, adèò vt progressæ sint cum exercitu olim Athenas, & in Ciliciam vsque, quando videlicet iuxta Mæorim paludem habitarunt.

I B E R I.

Ibetorùm mulieres quotannis in publicum exhibent, quod tela confecerunt. Viri autem suffragiis lecti de ipsis iudicant, & quam earum plurimum laborasse inueniunt, ei primos honores deferunt.

Habent quoque zonam certæ mensuræ, intra quam si venter cuiusquam comprehendi nequeat, pro dedecore id maghò habetur.

Vmbrii quum controuersias inter se habent, pugnant armati ac si bello congregiendum esset: & videntur iustiore habuisse causam, qui aduersarium interemerint.

C E L T A E.

Celtæ Oceani accolæ, pro dedecore habent, si quis muro aut domui ruenti se subducatur.

Inudatio quum ex mari exteriori æccedit, armis induti ei obuiam eunt, subsistuntque donec mergantur, idque ne fugientes videantur quoquo modo mortem formidare.

Celtæ gladiis cincti Reipub. negotia tractant.

Graviorem etiam pœnam apud eos luit, qui peregrinum, quam qui ciuem interemerit. Illi enim mors irrogatur, isti exilium indicitur.

Ante omnes honore eos afficiunt, qui victoria potiti agrum aliquem in publicum acquisiuerunt.

Ianuas ædium nunquam occlusas habent.

P Æ D A L I I.

Apud Pædalios, gentem Indicam, non sacrificus, sed prudentissimus

παρὲν τὸν κατάρχεται τῶν ἰεσῶν. αἰτεῖται δὲ ἀπὸ τῶν ἰεσῶν ἐξουσίαν ἀλλοπλῶν δικαιοσύνης.

ΠΡΑΥΣΙΟΙ.

Πραῦστοι τοὺς ἀσυζήτους, ἐὰν λιμὸν παιδῶσι, τρέφουσι.

ΤΕΛΧΙΝΕΣ.

Τελχίνες αἱ θροποὶ ὀνομαζόμενοι τὸ ἀπέχουσαν κρήτες, οἰκήσαντες τε καὶ ἐν Κύπρῳ. μεταναστάντες δὲ εἰς Ρόδον, καὶ θεῶσι τιμὴν ἤσαν καταχρήσασθαι, βασικανοὶ τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί.

Τιχίται δὲ ὄντες, καὶ τὰ τῶν θεῶν ἔργα μιμησάμενοι, Ἀθῆναις πελχίνας ἀγαλμα θεῶσι ἰδρύσαντο, ὥσπερ εἰς τὴν λέγῃ Ἀθῆναις βασικανοῦ.

ΤΑΡΤΗΣΣΙΟΙ.

Παρὰ Ταρτησίοις νεωτέρῳ παρὲν τῶν παλαιῶν καταμαρτυρεῖται, καὶ ἔτι.

ΛΕΤΚΑΝΟΙ.

Λετκανοὶ διήκοντα ἀλλήλοις, ὥσπερ ἄλλου πρὸς ἀδικήματος, ἐπιπέτῃ καὶ ἀσσοπίας καὶ ἀργίας.

Ἐὰν δὲ τις ἀσσοπῶ δανείσας χρεὶος ἐλεγχθῆ, στέρεται αὐτῆ.

ΣΟΥΝΙΤΑΙ.

Παρὰ Σουνίταις κατ' ἔτος, οἷον ἡ ἰδέουσι κείνοντα δημοσίᾳ, καὶ ἀπαρδίνου. ὁ δὲ νείδης ἀείσος ἐστίν, λαμβάνει δὲ βούλευται, εἰδ' ὅμοι ἐκείνου. δυνάμεις, καὶ ἔτος ἐφίξῃς.

ΛΙΜΙΡΝΙΟΙ.

Λιμίρνιοι κοινὰς τὰς γυναῖκας ἔχουσι, καὶ τὰ τέκνα ἐν κοινῷ τρέφουσι μέχρι ἐτῶν πέντε. εἶτα πρὸς ἑκτῶ συνενέγκαντες ἀπαρτὰ τὰ παῖδια, τὰς ἐμοισίτητας πρὸς τοὺς ἀνδράς ἐπέχει, καὶ ἐκαστῶ τὸ ἴμοιον λαποδίδασαι παρὲν ἀφ' ἧς δὲ τὸ ἴμοιον λαποδίδασαι, ἐκαστος μὲν λαποδίδασαι.

ΣΑΤ.

tissimus omnium qui præsto sunt, sacra auspiciatur. Petitur autem à Diis nihil aliud quam iustitia.

P R A Y S I I .

Praysij, vel Prasiij, vicinos fame afflictos alimento subleuant.

T E L C H I N E S .

Homines illi qui Telchines dicti, antea quidem Cretenses erant, sed postea & Cyprum inhabitaverunt. Vnde quum in Rhodum migrassent, primique eam insulam occupassent, maligni admodum & invidi extiterunt.

Quum verò & hi artes mechanicas exercerent, maiorumque opera imitarentur, Minerarum Telchinarum statuas primi creverunt, quod nomen sonat ac si dicas, Minerarum invidarum.

T A R T E S S I I .

Apud Tartessios minori natu aduersus maiorem testimonium ferre non licet.

L V C A N I .

Lucani tanquam criminis alicuius, etiam luxuriarum ignaviarumque iudicia agitant.

Si quis conuictus luxurioso mutuum dedisse, mutuo isto mulcatur.

S A M N I T E S .

Apud Saunitas vel Samnites de adolescentibus & virginibus quotannis publicum habetur iudicium. Quem igitur eorum optimum esse sententia iudicum pronunciarit, is sibi ex virginibus eligit uxorem quam vult, deinde secundus ab eo alteram, & sic de cæteris fit deinceps.

L I M Y R N I I .

Limyrnij uxores habent communes, & liberos communiter alunt usque ad annum ætatis quintum. Anno autem sexto in vnum conuocant omnes pueros, atque tum ex similitudine ad quemlibet virorum coniecturam facientes, cuiuslibet similem patri filium assignant. Quum itaque quis agnouerit puerum suum, tum quilibet eum vt filium educat.

ΣΑΤΡΟΜΑΤΑΙ.

Συνοματάμ δ' ατείων ήμερον σπουδώνται εις αλλήροφον.

Ταίς δ' εγμιαζι πάντα πείδονται ως δ αοίαις

Πρόθεν δ' ε προτερεσι σιωοιζουσι παρος γάμεν πείναι πολέρον
αύδρακτείνη.

ΚΕΡΚΕΤΑΙ.

Κερκέταμ τοίς αδικήσαντας όποιώ, τήν έρεθόν απείρουσιν.

Εάν δ' ε πς κυβεριών σκάφος δλαμέρτη, ποροσόντες έφεξής έκροσι έμ-
πύουσι αιώδ.

ΜΟΣΤΝΟΙ.

Μόστου οι τον έαυτήν βιοσιλέα τρέρουσιν εν πυργά καταλείουσι.

Εάν δ' ε πς δοξη κακός ποτέ βεβηλεύθαι, τή λιμά αυτόν άποκτείνουσι.

Τόν δ' ε τρερούλιον σίτον έξίσου διαροσούσι, μέρος κοινή έξελάοντες τοίς
άφικνημόροις ζένοικς.

ΦΡΤΓΕΣ.

Φρύγας όρκοικς ε χρώνται, ούτ' όμνιούτες, ούτ' άλλοικς έξορκουώτες.

Εάν δ' ε πς παρ' αυτοίς γεωργικόν βοιού άποκτείνη, ή σκυός τήν αεί γε-
ωργία κλέψη, θανάτω ζημώσι.

Φρύγας ε κατορούττουσι τοίς ιερέικς τελέσθαισιν, άλλ' έπί λίδου
δικαπήχιασ πείασον όρδοίς.

ΛΥΚΙΟΙ.

Λύκοι τας ζωώτας μάλλον, ή τοίς ανθρώοικς πμώσι, καί χαλουώτη
μοτερόν. Τας τε κληρονομίας ταίς θυγατέρασιν λείπουσι, ε τοίς υίοίς.

Ός δ' ε α' έλδύροος αλά κλέπτω, δούλος γίνεται.

Τας δ' ε μαρτοείας εν ταίς διασικς, ούκ αδύ παρήχονται, άλλ' κατά
μίωα

ΠΙΣΙΔΑΙ.

Πισίδαί άπποουώτες άπαρχονται τοίς γονέουσιν, ως ήμώικς τοίς θοίς
φραασοιδόικς.

SAVROMATÆ.

Sauromatæ (vel Sarmatæ) tribus diebus cibo se ita ingurgitant, vt repleantur.

Vxoribus in omnibus obtemperant, tanquam Dominabus.

Virgini non prius nuptias concedunt, quam hostem aliquem interfecerit.

CERCETÆ.

Cercetæ reos cuiuscunque admitti criminis ita puniunt, vt sacris interdican.

Si quis scapham gubernans impegerit, accedentes ordine singuli illi inspuunt.

MOSYNI.

Mosyni Regem suum educant turri inclusum.

Si quis iudicatus sit minus benè in publicum cõsuluisse, cum fame enecant.

Fruentum quod ipsis ex agris prouenit æqualiter distribuunt, partem inde aliquam in commune conferentes pro peregrinis aduenientibus.

PHRYGES.

Phryges omni abstinent iureiurando, ita vt nec ipsi iurent, nec alios ad iurandum adigant.

Si quis apud eos bouem aratorem interfecerit, aut agriculturæ instrumentum surripuerit, morte multatur.

Phryges non defodiunt in terram sacerdotes mortuos, sed super columnas lapideas decem cubitorum erectos statuunt.

LYCII.

Lycij plus honoris mulieribus quam viris deferunt, nominæque eis à matribus induntur: Itẽmque bonorum hæredes filias, non filios relinquunt.

Si quis liber condemnatus fuerit furti, pœna seruitutis ei irrogatur.

Testimonia in causis non protinus ferunt, sed post mensem demum.

PISIDÆ.

Pisidæ conuiuantes, parentibus epularum primitias libant, perinde vti nos Diis federum amicitiaque præfidibus.

Grauis-

Ἡ δὲ μοῖση κείσιν ἐστὶ ὡς καταθήκης· τὸν δὲ ἴδοσε ρήσαντα, θανατοῦσιν.

Ἐὰν δὲ μοιχὸς ἀλώ, φεάγεται τὴν πάλιν ἐπὶ ὄνου μὲν τῆς γυναικός, ἐπὶ ἡμέρας τακτάς.

ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

Αἰθίοπες τὰς ἀδελφὰς μάλιστα τιμῶσι καὶ τὰς διαδοχὰς μάλιστα καταλείπουσιν οἱ βασιλεῖς, ἐ τοῖς ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς ἑβρῶν ἀδελφῶν ἡοῖς. Ὁταν δὲ ὁ δαδὲξ ἀμφοσ μὴ ἦ, τὸν κάλλισον ἐκ πάντων καὶ μαχμώτατον αἰροῦνται βασιλεῖα.

Ἀσκέσι δὲ δισέβειαι καὶ δικαιοσύνη.

Ἄθροσι δὲ αὐτῶν αἰ οἰκίαι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς κειμῶν πολλῶν, ἐδέεις κλέπτει.

ΒΤΑΟΙ.

Ἐν Βυαοῖς Λίβυσι αἰτῆρ μὲν αἰ δρωῖν βασιλοῦσι, γυνὴ δὲ γυναικῶν.

ΒΑΣΟΥΛΙΕΙΣ.

Βασουλιεῖς Λίβυες ὅταν πολεμῶσι, τὰς μὲν νύκτας μάχονται, τὰς δὲ ἡμέρας εἰρηνίην ἀγροσι.

ΔΑΨΟΛΙΒΤΕΣ.

Δαψολίβυες ὅταν σιωαχθῶσι, πάντες ἄμα γαμοῦσι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μὲν δύσιν πλειάθος, καὶ μὲν τὴν ἐστίασιν χωρὶς ἑβρῶν γυναικῶν κατακειμῶν κατασβέσαντες τὸν λύχρον εἰσέρχονται, καὶ ὅ τυχόν, μὲν αὐτῆν λαμβάνει.

ΓΑΛΧΛΕΤΕΙΣ.

Γαλχλεῖς Λίβυες, ὅταν πολλοὶ κησῶσιν ἴται γυναικα ὡς τὰ κηδισ ἢ διπνοῦσι, παρέρσης τῆς γυναικός πολλὰ δὲ σκηπτόντων, ἐφ' ὃ αὐτῆν γυνὴ γαλάση, τούτω σιωοικεῖ.

ΣΟΡΔΟΛΙΒΤΕΣ.

Σορδολίβυες ἐδὴν κέκλιται σκεῦος ἐξω κύλικος καὶ μαχαίρας.

ΑΛΙΤΕΜΙΟΙ.

Ἄλιτέμοι Λίβυες τοῖς ταχτάτοις αὐτῶν αἰροῦνται βασιλεῖς ἑβρῶν δὲ ἄλλων τιμῶσι τὸν δικεμότατον.

Grauiſſimum apud eos iudicium depoſiti agitur, quod qui fraude inuerrere conuiſtus fuerit, morte afficitur.

Si quis in adulterio comprehenſus fuerit, is cum adultera aſino infidens per urbem circumducitur, idque ad conſtitutum aliquot dierum ſpacium.

ÆTHIOPEſ.

Æthiopes ſororibus potiſſimum honorem exhibent, & ſucceſſionem tradunt Reges, non ſuis, ſed ſororum filiis. Quod ſi ex iis nullus ſuperſit, cui ſuccedere ius ſit, tum pulcerrimū omnium & bellicoſiſſimum Regem deligunt.

Exercent ij præcipuè pietatem & iuſtitiam.

Ædibus ipſorum nullæ ſunt ianuz, cumque in viis publicis multa ſita iaceant, nemo eorum aliquid furatur.

B V Æ I.

Apud Buzos, Libyæ ſeu Africæ gentem, vir inter viros dominatum gerit, mulier inter mulieres.

B A S V L I E I.

Baſuliæ, Libyæ gens, quum bellum gerūt, noctu quidem præſidium committunt, interdium verò pacem ſeruant.

D A P S O L I B Y E S.

Dapſolibyces ſimulatque in vnum conuenere, vniuerſi ſimul nuptias cōtrahunt eodem die, poſt occaſum pleiadum. Etenim vt conuiuati ſunt ad mulieres ſeorſim accumbētes extinctis luminibus adeunt, quamque earum fortè quiſpiam naſtus fuerit, eam & vxorem ducit.

I A L C H L E V E I.

Ialchleuei, gens Libyca, quum multi ſimul eandem ſponſam ambiant, apud ſocerum ſeu ſponſæ petitiæ patrem cœnant. Dum verò multis diebus ſibi inuicem illudunt, cui eorum ſponſa arriſerit, is eam ducit.

S A R D O L I B Y E S.

Sardolibyces nullam ſupelleſtilem ſibi parant, præter calicem & gladium.

A L I T E M I I.

Alitemij Libyces pernicioſiſſimos Reges eligunt: Ex reliquis prout quiſque maxime iuſtus eſt, ita & dignitate eminent.

Οἱ Νομάδες τῆς Λιβύων, ἐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νύξιν, αὐτῶν ἀξιό-
μοσι τὸν χρόνον.

ΑΦΑΡΑΝΤΕΣ.

Αφάραντες Λίβυες ὀνόματα ἐκ ἔχουσιν ἠλίω διαίχοντι λοιδορεῦν-
ται, ὡς πολλὰ κακὰ φησιαντι.

Τῶν δὲ θυγατέρων ἀείσας κείνουσι, τὰς πλείων χρόνον μαριδικίας
παρθένοισ.

ΒΟΙΩΤΟΙ.

Βοιωτῶν ἔνιοι τοῖς χρόνοις ἐκδοδιδόντας εἰς ἀγροῦν ἀγροῦτες, καδίση
κελεύουσιν, εἶτα κόρινον ἐπιβάλλουσι αὐτῶν ὅς δι' αὐτῶν κορινωδῆ ἀπικε
γίεται. εἰσὶ δὲ τῶν παπυρίων, καὶ ὁ Εὐελπίδου πατήρ, Βοιωτὸς ὢν τὸ
χρόνος.

ΑΣΣΥΡΙΟΙ.

Ασσύριοι τὰς παρθένοισ ἐν ἀγορᾷ πωλοῦσι τοῖς θύλοισι στωσικῶν
φροῦτας μὲν τὰς ἀρημισαίας καὶ καλλίστας, εἶτα τὰς λοιπὰς ἐφεξῆς. ὅ-
ταν δὲ ἔλθωσι ἐπὶ τὰς φαυλοτάτας, κηρύττουσι, πῶς τὴν τίς θύλει φροσ-
λαβῶν ταύτας σωματικῶν, καὶ τὸ σωμαχθῆν ἐκ τῆς τῆς ἀπρεπῶν τιμῆς
ταύτας φροσίδανται.

Ασσύριοι δὲ μάλιτα βαδίτητα καὶ ἀοργησίαν.

ΠΕΡΣΑΙ.

Πέρσαις ὁμῶς ποιῶν ἔξέσιν, καὶ λέγουσιν.

Βαθὴ τις πατέρω κτείνη, ὑπεβλήτην αὐτὸν οἴοιται.

Ἐὰν δὲ πᾶσα φροσάξη βασιλεύς μαστηῶσιν, ἀρχαίς τῶν ἀγαθῶν τυ-
χῶν, ἐπ' αὐτῆ ἐμνήθη βασιλεύς.

Ἄθλα δὲ λαυβανοῦσι ἀπὸ βασιλείας πολυτιμίας.

Οἱ δὲ πᾶσις παρ' αὐτοῖς, ὡσπερ μαθήματα, τὸ ἀλιθύνειν διδάσκου-
ται.

ΙΝΔΟΙ.

Παρ' Ἰνδοῖς ἐκ τῆς ἀποσερηθῆ θλαείον, ἢ ὡς καταθήρης, οὐκ ἔστι
χειρὶς

NOMADES.

Nomades & ipsi Libyū gens, in temporum dinumeratione non diebus, sed noctibus vtuntur.

APHARANTES.

Apharantes Libyes nominibus carent, soli orienti conuicium faciunt, vt qui multa mala in lucem proférat & ostendat.

Ex filiabus optimas eas censent, quæ tempore quam longissimo virgines manent.

BOEOTI.

Quidam Bœotorum decoctores qui non sunt soluendo in forum adducunt, & considere iussis cophinum superiniiciunt: Ac qui hoc cophini pœna affectus fuerit, inde infamis fit. Quam pœnam irrogatam etiam Euripidæ patri, qui ex Bœotis oriundus erat, sunt qui existimant.

ASSYRII.

Assyrij virgines in foro vendunt quibuslibet eas sibi iungi desiderantibus. Ac primo quidem veneunt, quæ forma omnium sunt venustissima, tum deinceps reliquæ. Quum verò ventum tandem fuerit ad maximè deformes, per præconem diuulgant, quantum quisque pecuniæ accipiat, vt eam ducat. Atque ita pretium ex formosarum venditione redactum, in elocandas deformes impendunt.

Coniungunt pariter exercentes in moribus potissimum grauitatem & mansuetudinem.

PERSÆ.

Apud Persas quod factum turpe existimatur, id nec dictu honestum censent.

Si quis patrem necauerit, eum subdititium non genuinum filium existimant.

Si quem iusserit Rex flagitiis carere, is tanquam beneficio affectus, gratias agit quod eius Rex meminisset.

Quibus soboles numerosa est, ij præmium eo nomine à Rege ferunt.

Pueri apud ipsos, vera dicere, non secus atque disciplinam aliquam dicuntur.

Apud Indos quum quis fraudatur mutuo aut deposito, actio-

κείσις ἀλλ' αὐτὸν αἰτιάται ὁ πειύσας.

Ὁ δὲ τεχνίτου πηρώσας χείρα ἢ ὀφθαλμὸν, θανάτῳ ζημιέται.

Τὸν δὲ μέγιστα ἀδικήσαντα, ὁ βασιλεὺς κελύθει κείρασθαι, εἰς ἰχθύος ἕως ταύτης ἀτημίας.

Ἰσθδὶ συγκατακρήμον, ὅταν τελευτήσωσι, τῆς γυναικῶν τὴν περι-
λασάτῳ, αὐτῆς δὲ ἐκείνον ἀγῶν μέγιστος γίνεται, αὐτοδίαζόντων νικῆσαι ἐ-
κείνῳ τῆς φίλων.

ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΙ.

Λακεδαιμονίους τέχνας μανθάνειν ἀλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον, ἀιχρῶν
ὄσιν.

Ἐσιόνται δὲ πάντες ἐν κοινῷ.

Τοῖς δὲ γέροντας ἀιχμύονται, ἐδὴν ἤττον ἢ πατέρας.

Γυμνάσια ὅσπερ ἀδραν ὄσιν, ἔτι καὶ κρηθάνων.

Ξίνοις δὲ ἐμβουίῳ ἐκίξισιν ἐν Σπάρτῃ, ἔτι Σπαρτιάταις ξενίθει.

Ταῖς δ' αὐτῆς γυναιξὶ ὄσιν κελύθονται ἐκ τῆς δειδιστάτου κίθου,
καὶ αἰσῶν καὶ ξίαν.

Κρηματίζονται δὲ ἀιχρῶν Σπαρτιάτη.

Νομίσματα δὲ χεῖνται σκυπῶν, ἐὰν δὲ ὄσιν πει δριθῆ χυσοῦς ἢ ἀρ-
χυρος, θανάτῳ ζημιέται.

Συμκλύονται δὲ πάντες, ὅπῃ τῆς ταπεινοῦ αὐτοῖς παρέχῃ, καὶ κρη-
κίους ταῖς ἀρχαῖς.

Μαχερίζονται δὲ μᾶλλον παρ' αὐτοῖς οἱ γηναίως διποθήσοτες, ἢ οἱ
δυσχῶς ζῶντες.

Οἱ δὲ πᾶσις νομίμως ὄσιν πνα βωμὸν ὄσιν μαστροῦνται, ἕως ἀ-
ὀλίγοι λειφθῶντες σιφαιωθῶσι.

Αἰχρῶν δὲ ὄσιν δουλῶν σίσκίλων, ἢ συγυμνας λῶν ἢ φίλοι γηνάται.

Κείσις δὲ ταῖς μεροπίας ὄσιν τῆς τέρματι τῆ βίης ὄσιν πείθεται, τοῖς τε
δὲ ἢ κρηκίως ζῶσι.

Ὅταν δὲ σρεπύονται ἔξω χείρας, πῆρ δὲ βωμῶν τῆ ἀγῆτορος Διὸς
ἐκαστάμβρος πυρφόρος λεγόμενος, σιώντι τῆ βασιλεῖ ὄσιν βίον αὐτῶ
πρῶν.

sem non habet, sed sibi culpam imputare debet, quod credidit.

Si quis artificem manu vel oculo priuauerit, morte pœnam luit.

Qui grauiſſimo obnoxius delicto eſt, iubente Rege tonde-
tur, tanquam hoc extremæ ſit ignominiz.

Indis mortuis iungitur in rogum vxor ex omnibus dilectiſſi-
ma vnà cremanda. Inter ipſas autem acerrimum certamen ori-
tur, adiuuantibus quàmlibet ſuis amicis, vt vincat.

L A C E D Æ M O N I I.

Lacedæmonij non ſaris honeſtum ducunt, aliis operam na-
uare artibus, quam ad res bellicas pertinentibus.

Cibum omnes viri vnà capiunt.

Senes quoſuis omnes reuerentur, non ſecus ac parentes ſuos.

Vt viris ſua ſunt exercitia: ita ſunt virginibus item ſua.

Peregrinis Spartę degere fas non eſt, nec Spartanum peregrę
proficiſci.

Vxoribus ſui poteſtatem faciunt prolem ſuſcipiendi ex pul-
cerrimis, tum ciuium tum peregrinorum.

Quæſtum facere Spartano indecorum.

Nomiſmare vruntur ex Corio. Quod ſi verò cõtingat aurum
domi alicuius vel argentum deprehendi, morte pœnam luit.

Maximã omnibus hinc gloria, ſi ſe humiles & obediẽtes ma-
giſtratibus ſuis præbeant.

Beatiores apud eos iudicantur, qui præclaram mortem oppe-
tunt, quam qui in magna proſperitate viuunt.

Pueri ex lege quadam aram circumeuntes flagellantur, donec
pauci ex iis reliqui, perdurantes ſub flagris, coronas præmium
auferunt.

Minus honeſtum cenſetur timidum aliquem, contuberna-
lem vel Gymnaſij ſocium, vel amicum ſibi iungere.

De Senibus iudicium fit circa finem vitæ, qui nam ex iis be-
nè, qui ſequius vitam ſuã traduxerint.

Quum exercitus educitur extra limites regionis, ignem in-
cendit ſacerdos, qui Pyrphorus, id eſt ignifer, dicitur, ab ara Io-
uis ductoris, quem à Rege non procul remotus præfert, in ex-
tinctum ſeruans.

Συνεκτιμούνται τὰ βασιλεῖ μέντις, καὶ ἰατροῖ, καὶ αὐληταί, οἷς ἐν ταῖς μάχαις αὐτὴ σαλπύγγων αἰεὶ χροῖται. μέχονται δὲ ἐστρατιωμένοι.

Ἐπανίστανται ἡ βασιλεῖ πάντες, πᾶσι δὲ φόρον. Οὐκ ἔστι τι πρὸς τῆς ἀρχῆς ὁ βασιλεύς, καὶ τοῖς τῆς πόλεως νόμοις βασιλεύει.

ΚΡΗΤΕΣ

Κρήτες πρῶτοι Ἑλλήνων, νόμοις ἔχον Μίνως θεοῦ, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν. πρῶτος πεῖτο δὲ Μίνως πρὸς τὸ Διὸς αὐτὸ μίμηθῆναι, δι' ἣν αἰεὶ ἐστὶν εἰς τὸ εὖ φοιτῆναι, ἐν ᾧ Διὸς αὐτῶν ἐλέγχετο, κακῶν δὲ αἰεὶ πρὸς νόμοις φέρον τοῖς Κρησὶ. Μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ὀμήρου, οἷς λέγει.

Τοῖσι δ' ἐν Κνωσὸς μεγάλη πόλις, ἐνθα Μίνως γα.

Ἐνέωρος βασιλεύει, Διὸς, μεγάλοιο ἀρχεῖς.

Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγέλαζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληρογυροῦμενοι, καὶ θῆρας καὶ δρόμοις ἀνάτοις αὐυπέδουτοι κατανούοντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἕνθα πρῶτος εὖρε Πύρριχος κενυτάτης Κρῆς τὸ γένος.

Συσσιτοῦσι δὲ ἐν κοινῇ οἱ ἄνδρες, τὴν αὐτὴν διαίταν ἔχοντες ὅλου πάντες.

Δῶρα δὲ αὐτοῖς ὄσιν ὅπλα τιμωτάτα.

ΑΤΤΑΡΙΑΤΑΙ.

Αὐταξιάται τοῖς ἀδυνάτοις τῶν στρατιωτῶν ἐν ταῖς ὁδοποιεῖαις ἐδίποτα ζῶντας ἀπολείπουσι.

ΤΡΙΒΑΛΛΟΙ.

Τριβαλλοὶ τέτταρας φάλαγγας ἐν ταῖς μάχαις ποιοῦνται, τὴν πρῶτην τῶν ἀδυνῶν, τὴν ἐχρημύην τῶν κερπίων, τὴν τρίτην τῶν ἐπιπέων, τελευταίαν τὴν τῶν γυναικῶν, αἱ αὐτοῖς εἰς φυγὴν τρεπομένους κελύουσι βλασφαμῶσαι.

ΚΑΤΣΙΑΝΟΙ.

Κατσανοὶ ταῖς μὲν γυναικῶν θρηνῶσαι τοῖς δὲ τελευτήσαντας μαχεύουσι.

ΚΙΟΙ.

Κιοὶ τοῖς ἀποθανόντας κατακαύσαντες καὶ ὄσο λογιόσαντες ἐν ὄλμω

GENTIVM.

Adiunguntur autem Regi in bellum eunti Vates, medici, tibicines. Nam tibiis in bellis vice tubarum vtuntur. Pugnantes autem coronis ornantur.

Regi assurgunt omnes præterquam Ephori. Iurat autem Rex antequam regnum adeat, Imperaturum se iuxta leges Reipublicæ.

CRETENSES.

Cretenſes primi inter Græcos leges habuerunt, à Minoe Rege conditas, qui & primus maris imperio potitus eſt. Fingebat autem Minos ſe ab ipſo Ioue didiciſſe, quod per annos nouem ad montem quendam commicaret. Vbi antrum Ioui ſacrum erat, à quo reuerſus ſemper leges aliquas Cretenſibus attulit Cuius meminit Homerus ſuis verſibus, quorum hæc ſententia:

Inter illas eſt Gnoſſus vrbs magna, vbi Minos

Nouem annis imperauit, qui Iouis magni confabulator erat.

Cretenſium pueri in vnum publicè congregantur, ibique vna duriter educantur, & venationibus dediti per accliuia nudis pedibus diſcurrunt, & armati ad ſaltationem Pyrrhicham dictam magno labore aſſueſcunt, cuius inuētor fertur fuiſſe Pyrrhichus Cydoniates, genere Cretenſis.

Viri autem ſimul in publico cibum capiunt, eadem victus ratione æqualiter omnia ipſis præbentur.

Dona apud ipſos plurimi æſtimata, ſunt arma.

AVTARIATÆ.

Autariatæ milites per viam ægros imbecillèſque factos, in viuis nunquam relinquunt.

TRIBALLI.

Triballi quatuor Phalanges ſeu ordines in acie inſtruunt: Primam Phalangem faciunt imbecillum: Alteram ab ea fortiffimorum quorumque: Tertiam Equitum: vltimã mulierum, quæ reliquos in fugam verſos conuiciis ſiſtunt.

CAVSIANI.

Cauſiani eos qui in lucem eduntur, deplorant; qui autem è vita excedunt, eos beatos iudicant.

CII.

Cij mortuos quum cremarunt offa eorum colligunt, quæ in

bb 3 mor-

τὰ ὅσα καταπίσσωσι, εἶτα ἐδύντες εἰς ἀλοῖον καὶ κόσκινοι λαβόντες
 ἀπαλίνωσιν εἰς πύλας, καὶ πρὸς τὸν αἴμα ἔξοδάζουσι, ἀρχὴ αἰ
 πάντα ἐκφυσηθῆ καὶ ἀφανῆ γήνηται.

ΤΑΥΡΟΙ.

Ταῦροι Σκυθικὸν ἔθνος, τοῖς βασιλεῦσι τοῖς δυνουαῖτοις τῶν φίλων συγ-
 κατατάσσουσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθανόντος φίλου, ἢ μέγρος ἢ τὸ ὅλοι ἀποτί-
 μνει ὠπὸν, πρὸς τὴν ἀξίαν τῆ τιλοτήσαντος.

ΣΙΝΔΟΙ.

Σινδοὶ τοσοῦτοις ἰχθῆς ὅτῃ περὶ τὰ φοῖς ὄψιθ' ἀλλασσιν, ὅσοις πολεμίοις ὁ
 καταπύμας ἀπικτοῦς ἦ.

ΚΟΛΧΟΙ.

Κολχοὶ περὶ τιλοτήσαντας ἐτάσσουσιν, ἀλλὰ γρημῶσιν ἀπὸ δυνδρῶν.

ΠΑΝΗΒΟΙ.

Πανηβοὶ Λίβυες, ὅταν αὐτοῖς βασιλεὺς ἀποθάσῃ, τὸ μὲν σῶμα κροτύ-
 τουσιν, τὴν δὲ κεφαλὴν ἀποκόψαντες, καὶ χρυσάσαντες ἀναπλάσσωσιν ἐν ἰσραῖ.

ΤΕΛΟΣ.



mortario contundunt. Tum in nauigium imponentes in altum nauigant, vbi per cūbrum ea ad ventos dispergunt, donec omnia difflantur & euaneſcunt.

TAVRI.

Tauri, Gens Scythica, vnà cum Regibus mortuis gratiffimos quoſque eorum amicos humare ſolent. Rex verò quum amicum aliquem morte amittit, aut partem auriculæ, aut totam eam abſcindit, prout dignitas amici mortui merebatur.

SINDI.

Sindi quum quenquam ſepeliunt, tum quot hoſtes in vita occiderit, totidem piſces, eius ſepulcro iniiciunt.

COLCHI.

Colchi vita functos non humi ſepeliunt, ſed ab arboribus ſuſpendunt.

PANEBI.

Panebi Libyes mortuo Rege corpus reliquum terra condunt: caput autem trunco amputatum inaurantes in ſacris ſtantunt.

F I N I S.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILLINOIS

1954

+
*Tabula librorum capitulorum Nicolai Cragii de
 repub. lacedaemorum*

<u>cap.</u>	<u>Lib. 1</u>	<u>cap</u> <u>fol</u>
1	Regionis Lacomae descriptio. cap.	1 6
2	De urbibus Lacomae	9
3	De populo Lacedaemoniae et Linguae	13
4	De forma repub. apud Lacedaemones eiusque duratione	19
5	De iure civitatis	24
6	De populi sui distributione	29
7	De concione seu congregatione populi	31
8	De suffragiorum ratione	34
9	De quibusdam alijs populi conventibus	37
10	De Spartanorum Libertate	40
11	De Lacedaemoniorum servis	44
12	De manumissione et libertinis	

Lib. 2

1	De magistratibus in graecia	46
2	De regibus	51
3	De senatu	65
4	De ephoribus	72
5	De Brasidiis	81.
6	Quales fuerunt qui nomophylaces dicti apud Lacedaemones	82
7	De Haemorsymis	83
8	De Empeloris	85
9	De Pythias	86
10	De proxenis	87
11	De proedico	88.

12.	De padonomis	89
13.	De Haemostas	91
14.	De officijs quibusdam militaribus, quatenus res urbanas administrant	93

Lib 3

De legibus seu institutis in græce	95
Tabula 1. continens leges sacras	105

Institutum

1. Oes dy deaqz colentur armati	
Tabula 1. Contmens leges sacroz.	105
Institutum.	
1. Oes dy deaqz colentur armati	105
2. Sacrificia quam minimo sumptu fiant	107
3. Votum om, vt dy honesta ob bonas actiones dent, nihilqz amplius.	108
4. Virgines ac pueri sacra habeant communia.	109
5. In urbe mortuos sepelire fas est	110
6. Monumenta defunctis iuxta templa fiant	111
7. Funere nemo polluatue	112
8. Cum mortuo nihil inhumetur	112
9. Eulatus non audiatue	113
10. Luctus vndecim diebus finiatue	114
11. Monumenta mscripta, nisi qui in bello occubuerint non habeant	114
12. Qui in proelio cæsi, an ad sepulturam domum ferende sunt sint, Inspecchi corporibus indicet ipsa matres	116

Tabula 2. Contmens leges de agro et vrbe	
Institutum.	
1. sortium numerus idem semper maneat	117
2. possessiones om sunt æquales	118
3. Emere vt vendere possessiones non liceat	119
4. Qui institutus se submittit peregrinis, participi sortis fiat	120
5. sparta muros non habeat	120

(Domi m m)

6
Deo Domus non nisi securi extruantur

fol
122

Tabula 3. De Jure civium

123

Institutum

- 1. Cumum numerus sortibus respondeat 123
- 2. Infans an tollendus sit, indicant tribules, atq; pro; dato sortem inter eum assignant 124
- 3. peregrum sparte ne comorentur 125
- 4. Cumum peregre nisi belli causa eat nemo 127
- 5. si quis ex civibus institutionem puerorum non patri- tue, Jura ciuitatis non vsuipet 128
- 6. Nisi qui civis sit et quidem optimo Jure nemo publicum munus gerat 129

Tabula 4. De legibus conubialibus

130

Institutum

- 1. spartanorum nemo coelebs vivat 130
- 2. Matrimonia oia legitimo tempore contrahantur 131
- 3. Coniuges vt sint quodammodo inter se pares, pro iudicantur 131
- 4. Qui tres genuerit liberos a custodia munere liber sit, qui quatuor ab oibus oneribus 132
- 5. Virgines sine dote naptum dentur 133
- 6. Vxor raptu ducantur, et a pronuba adornentur 133
- 7. Novus maritus, furtim ad sponsam accedat, bre: usq; ad suos redeat 134
- 8. Vxor semis Adolescenti a marito dari potuit, qui partum sibi vendicat. / 136
- 9. vxorem foecundam a marito petere bono viro licet 137
- 10. Vnam tantum vxorem intra legitimos gradus, spartanus ducat. / 139

Tabula 5. De vultus rone

140

Institutum

- 1. spartanorum liberi extra fascias rigide cura nutriticum educantur 140
- 2. pauperum et duntum liberi eodem modo alentur 141

- | | | |
|----|---|-----|
| 3. | Adolescentes tantum carnibus vescantur. | 142 |
| 4 | Adolescentes simul tuamatum sonum capiant | 142 |
| 5 | Oēs impransi ad publica sybitia cōueniant | 143 |
| 6 | Victus oībus tenuis sit, & Vini Jure magno sint contenti. / | 144 |
| 7 | Nisi sitis causa nihil bibatur. / | 146 |
| 8 | Sine face dormium eundum | 147 |

Tabula .6. De habitu. /
Institutum.

- | | | |
|----|---|------|
| 1. | pauperes et dimites eodem modo vestiantur. | 148. |
| 2 | pueris tunica detur, Adolescentes autem Vinico pallio in ānum, sint contenti. / | 149 |
| 3. | Absq3 calceis pueri incedant, reliqui, quum opus fuerit vtiantur. | 150 |
| 4 | pueris cute tenuis rasi sint, reliqui comam nutriant. | 151 |
| 5 | squalidi corpore balnea et vunctiones non vsu pent. | 152 |
| 6 | pugnatui, vestibus induantur purpureis | 153. |
| 7 | Instructa acie quibus corona caput cingat | 154 |
| 8 | Annulus in digito tantum ferreus sit | 154 |
| 9 | Virginum Vestes citra gemma finiāntur | 155. |
| 10 | Aurum et pictas vestes matrona non gerat, sed tantum meretricias / | 155 |
| 11 | Virgines detecta, mulieres velatae in publicum prodeant. / | 156 |
| | In pompis et certaminibus tum pueri tum Virgines nude sint | 157 |

Tabula 7. De disciplina et moribus. /
Institutum. /

- | | | |
|----|---|-----|
| 1. | Nemini liceat ex suo arbitrio vivere, sed ex legum prescriptio similes mores discant. / | 158 |
| 2. | Maiores imperium libenter pati oēs assuescant | 159 |
| 3. | Seniores a iunioribus quous modo honorentur. / | 159 |

senibus libere

4. scribis liberos cuiusvis morandi. Jus sit: 160.
5. Quicunque scribam delinquentem puerum videns.
non increpat, eadem poena cum de-
linquente teneatur. / 161
6. Seniores obuiam iunioribus facti, quo vadant ratio-
nem exigant. 161.
7. presentibus senioribus quam pueros frenare:
prehendat, si modum non teneat ab ipsis
castigetur. 162
8. Juniores castigationes seniorum non aegre ferant. 163.
9. Juniores, non in istum tempore loquantur, nec
temere aliquid proficiant. 163.
10. In incerta modeste se juniores gerant, oculos
et manus continent. 164
11. Laxitatem et ebrietatem oēs vitent, idque
severius et castigatius exemplo doceantur. / 165.
12. Ignis non toleretur, sed ignominia ab oībus
afficitur. / 166.

Tabula 8. De studijs et artibus
Institutum.

1. Lacedaemorum literas discant quantum necesse, ar-
tes autem subtiliores non curent. / 167
2. Artem sordidam nemo exerceat 168. /
3. Vanas artes exercentes spartae non tolerantur. 170
4. Comedia. Vel Tragedia non exhibeantur vel
audiantur. / 171
5. poetae, nisi a magistratu probati in populo non
vorentur. 172
6. Oratores nulli sint, sed oīo oīno paucis com-
prehendatur. / 173
7. Aliorum leges nec commendentur nec recitentur. 175
8. Caullaei et aegutaei oēs assuocant 175
9. Musica quidem exerceatur, sed antiqua
non mutanda 176
10. Carmina ingenij sua sint, in quibus abstinere
aut serui. / 177
11. pueros ingenios quibus amet, idque sine rursus
malum emulatione 178
12. Quod quibus furto auferre potest impune ha-
beat, deprehensus poenas det. / 181.

Tabula 9. De exercitijs corporis
Institutum.

1. Maiora corporis mole, quam exercitijs conueniunt, nemo proculdubio sit. 183
2. Pueri in primis venatiam s. Buescant. 184
3. Choroas ingenuas saltent pueri ac iuues 185
4. Pueri simul et Virgines cursu, Luctu, discip et spicula concitent. 186
5. Ephēbi infests manus et ca.ibus nitor se concitent 188
6. Certamina ludera non sint, nec in quibus manum leuans victum se aliquis fateatur. 189
7. Viris etiam quidem liberali tubentur sed adulescētis laboribus occupetur. 190
8. Pueri flagris ad azam diuina Odhūa stato tempore cordantur. 192

Tabula 10. De legibus m̄maris Contractuum.
Institutum.

1. Aurum et argentum nemo possideat. 195
2. Nisi ferream numisma, nullum spactre cadatur vel vsurpetur. 196
3. Ex corio numisma valeat 197
4. permutacione rerū contractus fiant 198
5. Lucrum ex re faceere, nemini liceat 198
6. Donare aliquid de suo nemini permittatur 199

Tabula 11. De legibus forensibus
Institutum.

1. Ante triginta m̄. ann̄. etate nemo ad forū accedat 200
2. Maioribus nate probro sit, aspidue in foro Versari 201
3. De corporis habitu Ephori docmo quoqz de iudicēt Ephobis se nudos ostendentibus. 201
4. Amator pro amasio punatur 202
5. De legibus Juniores non inquirant 203

Quam dicit sēd

6. Quam dicit sententiam homo vitæ improba, ea
 et obtineat, a viro spectato refecatur. 203

Tabula 12. De iugibus militaribus
 Institutam.

- | | | |
|----|---|-----|
| 1 | Qui legitima aetate non est, in bellum ne eat,
sed domi prius custodiae sit. | 204 |
| 2 | Ante proelium cum exercitu non orationem | 205 |
| 3 | Abiciat eosdem hostes identidem bellum non gerendum | 206 |
| 4 | Navata nulli sint, nec proelio navali pugnandum. | 206 |
| 5 | Turrium et murorum oppugratio ne fiat | 207 |
| 6 | In bello liberior sit vivendi ratio | 207 |
| 7 | Castra sepe moveantur | 208 |
| 8 | Milites quidem in armis quietos capiant, sed sine
scutis custodiam agant. / | 208 |
| 9 | Ante proelium Rex Ithys sacrificet | 209 |
| 10 | In proelio ad tibiam cœtentium progrediendum | 210 |
| 11 | Ex acie nemo fugiat, nec ordinem deserat, sed aut
vincat aut occubat | 212 |
| 12 | Qui clipeum in proelio amittit, ignominiosus sit, | 213 |
| 13 | Hostibus fugientibus non instandum. | 214 |
| 14 | Cadaverum hostium interfectorum non spolientur,
nec spolia suspendantur | 215 |
| 15 | Qui stratagemate hostem superant bouem Marti
sacrificent: qui vi aperta gallum | 216 |
| 16 | Qui maior est quadraginta annis a pubertate, mili-
tiae vacationem habeat | 217 |

Liber 4

<u>cap</u>		<u>fol</u>
1	De oneribus publicis et tributis	217
2	De arario et pecunia publica	221
3	De bello lacedaemoniorum in grece	224
4	De bellis terrestribus	233
5	De bellis maritimis	243
6	De pace et foederibus	247
7	De litibus et actionibus	252
8	De iudicijs	255
9	De premijs seu honoribus	259
10	De poemis	263
	<u>finit</u>	